Domini collegae
honorandi

Cum nostrarum rerum statui conveniens judicetur, ut aliquis ex nostro ordine seriam admonitionem habeat ad juventutem nobis commissam, quaero an non haec provincia demandari debeat, clarissimo nostro collegae D. Johanni Coccejo; ego ex animi mei sententia ita censeo, et calculum meum adjicio.

Vestri observantissimus
collega et Rector

Pijnacker.
Acad: R.

Rogandus est Clariss. Dnus Collega Coccejus ut hanc provinciam suscipere velit
Jos. Maccovius

Cum necessaria hoc tempore adhortatio sit habenda ad studiosam juventutem nostram tum dehortatoria, tum adhortatoria, censeo rogandum esse Collegam Clariss. D. Coccejum hac in re Academiae operam suam elocare ne gravetur. Acerhol.

Assentior, B. Fullenius

Accedo ad reliquorum Collegarum suffragia: necnon ex re Academiae esse puto, ut quanto ocyus haec provintia alicui Collegarum demandetur.
M. Wybingha

Quia esse ex re Academiae & studiosae juventutis cum V. Clariss. censeo, ut sui officii admoneantur, & discant alienis periculis sapere: & placere video ut Cl. D. Coccejus ad hoc rogetur, ego assentior; dummodo obtineri possit, ut mature fiat. Jos. Antonides
Vander Linden

Chr. Schotanus

Vernsemius.